Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724755-p0001-8

71
Bél 81

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724755-p0002-4

Szabó III. 4794.

PRAEMATVRVM
VIRI
NOBILISSIMI PARITER, ET DOCTISSIMI
DOMINI
IOANNIS BENEDEK,
ROSNAVIA HVNGARI,
SS. THEOL. CVLTORIS INDEFESSI,
OBITVM
IPSO EXEQVIALI DIE
QVI EST VI. OCTOBRIS ANNI MDCCXI

LVGENT

PATRONI, PRAECEPTORES, FAVTORES
ET AMICI.

VITEMBERGAE EX OFFICINA CREVSIGIANA

DVm lapſu grauiore ruis, conſcendis ad aſtra
Nos ubi nec caſus, nec mala fata manent.

D. MICH. HENR. GRIEBNER, PP.
Acad. h. t. PRORECTOR.

EX improuiſo delapſus, Mi BENEDECCE,
Decidis in terram, praecipitante pede.
Hoc triſti caſu, quo vix eſt triſtior ullus,
Extremum uitae claudis in orbe diem.
Sed iuſtum, quando cecidit, non abiicit ullum
Cura paterna DEI. Laberis ergo bene
Decidit in praeceps corpus; mens enthea coelum
Appetit, et celeri ſcandit ad aſtra gradu.

GOTTLIEB VVERNSDORFIVS, D.

(PSALM. XXXVII, 24.)

Fället der Gerechte/ ſo wird er nicht weggeworffen/ denn der HERR hält ihn bey der Hand.

† † † † † † †

JHr Hochbetrübteſte! ſtellt Euer Klagen ein/
Und laſſet dieſen Spruch an ſtatt des Troſtes ſeyn.
Was will ein ſchneller Tod? was heiſſet plötzlich ſterben?
Es heiſt: Durch einen Fall das Himmelreich ererben.

Aus hertzlichen Mitleiden hat dis wenige entwerffen wollen

D. Johann Heinrich Feuſtking.

(Seneca L. I. Epiſtola CX.)

Ipſum illud cadere non habet in ſe mali quicquam, ſi exitum ſpectes.

LApſus in humanis facilis, pronumque cadendo
Corpus, homo, atque caput, membra manusq; gerit.

Attamen haud râro regit Angelus ipſe cadentem,
Aut fugiente gradu tendere ad aſtra iubet.
Mi BENEDEK, benedicta alias praefulgide mente,
Exemplum tantae ſuggeris ipſe rei;
Dum heu! ruis et lapſu crus, tempora, uiſcera quaſſas,
Scandis ad excelſi ſidera ſauſta poli!

Dolore plenus ſcribebat

MARTINVS CHLADENIVS, D.

MIlle modis pereunt homines: hunc caſus, et illum
Morbus: mors alios mille necatque modis.
Perdidit hunc fallax Zythi lacus, ebrius etſi
Non fuit ille, etſi ſobrius ille fuit.

IO. BAPT. ROESCHELIVS, SS. Theol. D.
et Prof. Extraord.

GRotius hora ruit, dixit, ſic ultima uitae
Heu ſubito caſu! dum ruis, hora ruit.

GEORG. FRID. SCHROEER,
Theol. D. et Prof. Publ.

CLarus honos multis, ſed uita obſcurior umbra,
Quos grauis illuſtres ſola ruina facit.
O quam diſſimiles Tibi, uitaque, ſorſque, fuerunt!
Clarior ut ſurgas luce, miceſque, ruis.

IO. GVILELMVS BERGERVS, P. P.

QVae tibi praeripuit vitam, prolapſio praeceps
Omnibus ut triſtis, ſic inopina fuit.

Ita praematuram divi mortem lugebat
HENR. KLAUSING.
S.S. Theol. D. et Mor. P. P.

CRudeli periit fato, nam lapſus ab alto,
Inuaſit, fracto corpore, mortis iter.

A. BRENDELIVS, Phil. et Med. D. P. P.

INSCRIPTIO TVMVLI:

MIra, Viator, habes lectu. Tolluntur in altum
Mortales, lapſu quo grauiore ruant.
Deſine mirari lapſorum culmine ſortem,
Intueare meum, quem memorato, diem.

Cultor eram coeli, fugiens ſublimia Terrae,
Hora tamen mortis digna per alta fuit.
Mox uero ex imis mittendus ad aſtra piorum,
Semper in excelſis ut pede tutus eam.

Manibus pie defuncti hoc dabat
M. AVGVSTVS WOLFF, Diac.

CAſus in eſt rebus; Numen ſed cuncta gubernat:
Nullus caſus adeſt, cuncta regente DEO.
Et quamvis caſum civis doleamus acerbum:
Invito factum quis putet eſſe DEO?
Hic ſolet exacte noſtros numerare capillos,
Abſque ejus nutu non cadit unus humi.
Sanctas ergo DEI cauſas reverenter habere
Nos decet: officii quilibet eſto memor.
Implores precibus cuſtodem quando reſurgis:
Capturus ſomnum te quoque trade DEO.
Tu vero quisquis peregrini recta recludis,
Ne damnum capiant rite cavere ſtude.
Quo facto: minime tam triſtia fata rigaret
Hungara gens lacrumis, civis in arte probi.
Iam BENEDEK benedicte DEO requieſce, dolore
Victo: nunc capias ſumma brabea poli.

Improviſum Civis optimi caſum acerbe lugebat
M. GEORIVS MICHAELIS CASSAI, Hung.
Ampliſſimi Ordinis Sapientum Aſſeſſor.

Ich fiel zwar unverhofft / doch nicht zu dem Verderben /
Ich fiel nicht ſonder Schmertz / doch auch nicht ohne Luſt.
Hier muſt mein ſchwacher Leib durch einen Fall erſterben /
Dort ſtund er wieder auff / wo ihm kein Fall bewuſt.
Es wird dich / Vaterland / zwar dieſer Fall erſchrecken /
Wenn ſolche Toden-Poſt bey dir erſchallen wird.
Es wird Dir freylich wohl ſehr groſſes Leid erwecken
Weil Dir der Unmuths Fall am meiſten auffgebürdt.
Doch hemme Deinen Schmertz / vergeße dieſes fallen /
Ich ſteh nun auffgericht / ich falle nun nicht mehr:
Kein ein'ge trauer Poſt wird mehr Von mir erſchallen /
Weil mich umſchloßen hält das ſtarcke Himmels-Heer.
Du aber lebe wohl / GOtt ſchütze deine Gräntzen /
Er wende künfftig hin die ſchweren Fälle ab.
Was du verlohren haſt / woll Er dir einſt ergäntzen
Es grüne in dir ſtets der holde Friedens-Stab.

Aus hertzl. Mitleiden über den ſchmertzlichen /
doch ſeel. Fall ſeines geehrten Landes Freundes
M. JEREMIAS PILRARIK, Hungarus.
Schol. Vittemberg. Coll. V.

Ung VI 4

(x 2743293)

ULB Halle 3
006 310 079

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724755-p0007-1

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724755-p0008-7

Szabó III 4794
70

PRAEMATVRVM
VIRI
NOBILISSIMI PARITER, ET DOCTISSIMI
DOMINI
IOANNIS BENEDEK,
ROSNAVIA HVNGARI,
SS. THEOL. CVLTORIS INDEFESSI,
OBITVM
IPSO EXEQVIALI DIE
QVI EST VI. OCTOBRIS ANNI MDCCXI

LVGENT

PATRONI, PRAECEPTORES, FAVTORES ET AMICI.

VITEMBERGAE EX OFFICINA GREVSIGIANA

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-724755-p0009-6